



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Liutprandi Ticinensis Diaconi Opusculum, De Vitis Romanorum Pontificum

Liutprandus <Cremonensis>

Moguntiae, 1602

Cap. XVI. S. Zepherinus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

ius Episcopi causam definiri liceat Romano Pontifice inconsulto. Hic ordinavit Episcopos 12. presbyteros 3. diaconos 7.

CAP. XVI.

S. ZEPHERINVS.

A. CCIII.

**Z**EPHERINVS, natione Romanus, ex patre Habundio, sedit annos 18. menses 7. dies 10. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri à Consulatu Saturnini & Gallicani vsque ad Præsentem & Strigatum Consules. Qui obiit 6. Kalend. Septemb. <sup>a</sup> Hic etiam constituit, vt Episcoporum causa non terminetur absque præcepto Romani Pontificis, nec vllatenus Episcopus iudicetur, nisi aut ipse se reum esse confiteatur, aut idoneis testibus, qui non sint minus, quam 72. conuincatur. Constituit etiam, vt quispiam summorum, minorum accusationibus non impetatur, nec in re dubia certa iudicetur sententia, nec vllum iudicium nisi ordinabiliter factum teneatur, nec absens iudicetur, nec aliquem sententia nisi à suo iudice dicta confringat, & Episcopus accusatus 12. si necesse fuerit, Episcopos iudices eligat: nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus ad suorum primo conuentum Episcoporum per eos eius causa \* iterum audiatur, & rationabiliter discutiatur, cum de occultis alieni cordis non temerè sit iudicandum, & iniusta iudicia ab omnibus sint cauenda, & Episcopi à plebibus & clero sint ferendi. <sup>b</sup> Constituit etiam, vt ordinationes presbyterorum & Leuitarum congruo tempore, & multis fidelibus coram astantibus fierent. Hic ordinavit Episcopos 13. presbyteros 14. diaconos 7.

<sup>a</sup> epist. 1. ad Episc. Sicilia.

2. q. 1. primates.

3. q. 4. c. de tractores.

3. q. 9. c. absens.

\* iuste aud.

<sup>b</sup> epist. 2. ad Episc. Ægypt. dist. 83. c. ordinationes.

CAP. XVII.

S. CALIXTVS.

**C**ALIXTVS, natione Romanus, ex patre Domitio, de regione Viberauennarum, sedit annos 5. menses 2. dies 10. Fuit autem temporibus Macrini & Heliogabali, à Consulatu Antonini & Alexandri. Hic ab Alexandro Imperatore martyrio consummatur pridie idus Octobris. <sup>a</sup> Hic constituit vt ieiunia 4. temporum ab omnibus Christianis celebrarentur. Hic decretis suis firmavit, vt nullum iniustum iudicium & diffinitio iniusta regis metu, aut iussu, aut cuiuscunque potentis à iudicibus ordinata vel acta firmitudinem

<sup>a</sup> Epist. 1. ad Bened. Episc. 11. q. 3. c. iniustum.

C

nem